



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 8. Cantando Christus nostram incipit redemptionem, quia opus est amoris, pergit ad montem Oliueti; quia illam misericordia motus operatus est, & angustavit seipsum in horto Gethsemani (transiens ...)

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

esse perhibetur.

8. Cantando Christus nostram incipit redemptionem, quia opus est amoris; pergit ad montem Oliveti: quia illam misericordiam motus operatus est; & angustavit seipsum in horto (transfers torquentem Cedron) Gethsemani: quia sacrificari debebat ad divina iustitia satisfationem.

¶ Vm Christus Dominus cum discipulis suis mysteriosam illam celebrat coenam, eo pede quo hominum nequitia contra eum exardebat; amor ex opposito operabatur: nam preclarioribus fovebat illis in corde suo admittentibus, eiusque pectus domino flagrabat amoris incendio, multo ferventius, quam illud lux cupiditate: quocirca ait illi Dominus: Quod feci fac curus. Eo tempore denuo diabolus ingre ssus est animam eius, & abire milites congregaturus ut illum traheret. Patian. ut illum abire, vsque dum hortum ingre diatur integra stipatus cohorte factus dux & antesignanus ministrorum diaboli, & socij Christo coherceamus, qui amor est hominis & omnis illius bonum: etenim peracta Coena precipit discipulis suis: Surgite eamus hoc scilico surgunt omnes e mensa, & excedendo de conaculo: Hymno dicto, Egressus est Iesus trans torrentem Cedron. Egressus est Hierosalem & abire in desertum ad alteram partem torrentis Cedron.

I. Sex puncta hic expenduntur. In hoc principio quo sacram suam Passionem orditur, sex nobis occurrunt consideranda. Primum: cur Passionem suam exorsus sit ab hymno Hymno dicto. Secundum: quid sit quod egreditur de Hierosalem. Tertium: quid mouit eum ut transeat torrentem Cedron. Quartum: quare montem petat Olivetum. Quintum: quare de causa ad villam pergat Gethsemani. Sextum: quamobrem in hortum oraturus secedat. Si quid in sex his punctis meditati. onum aliquid eorum repetatur quae die Lunae huius hebdomadae diximus, remittimus illos eo qui voluerint hoc legere suis explicatum, & de illis hic agimus, quia haec omnia verbis Evangelistarum comprehenduntur quae Christi Domini Passionem referunt: Et hymno dicto. Hymnum, D. Thomas credit fuisse orationem

illam quam D. Ioan. Evang. confertur, in qua ab aeterno Patre suo suam pollulavit claritatem: Pater clarifica me ex hoc hora, ut conderet cum eo quod aunt Evangelista: Hymno dicto exierunt, quod nimirum adoluit hac oratione ad hortum egressi fuerunt, potro Origen. & D. Chrysol. & Ven. Beda opinantur fuisse gratiarum actionem post Coenam: & ita hymnus ille fuit alius ab oratione, in oratione dicit D. Aug. petatur gratia aliqua vel donum a Deo: in hymno vero, ut D. Hieron. referuntur Deo gratiae. Et ita accipit Card. Caiet. in Graeco haberi: Cum dixisset hymnus: quod Christus Dominus cum apostolis dixerit & cantauerit hymnum, potro Iohannes Christus illam habuit orationem. Quia fuerit hic hymnus exponit D. Hieron. dicens fuisse illa verba de Palterio: Edes panem & saturaboris. Quod alia explicamus. Quod factum est ex more Iudaeorum, ut mensa surgentes psalmos aliquos legentes in gratiarum actionem, dicebantque hymnus.

¶ Ve igitur Christus suam inchoaret passionem, cantavit hymnum D. Chrysol. aliter cantatum fuisse post Coenam Sacramentali, quodque huic responderet in Missa collecta post communionem, ut intelligas tibi quoque hanc audiendam, & scias quid tibi tunc agendum: Audiat etiam quicumque illum mysterij orationem non exspectat, quae illius symbolum est. quod nimirum Deo rependatur gratiarum actiones, etenim per illam Missam terminatur. Verum Ven. Beda, ait, ut ostenderet quam voluntarie moreretur & Passionem acceptaret, eam voluit inchoare cantando, atque ut hymnum hunc cum eo homines prosequantur, quandoquidem pro illis moreretur. Quando mundum ingressus est, cecinerunt Angeli: quia dum vitam ingre ditur, tacere suadet ve content illi qui vita vivunt, Angelorum chori: quando ad mortem tendit, homines psallunt mortales. O Domine, quod incipis cantando, ego certum te reddo, quod plorando finem impones: Cum clamore vobis & lacrymis. Quod si in hoc vites ostendit divinas, in illo humanam prodes corporis infirmitatem, Et si in hoc quod cantat iam nunc morturum tuum patefacias amorem plorando nostram argues ingratiu mentem. Secundum adelt considerandum, quod

Dominus de Hierosalem egrediatur. Vehementer obsequio dum illum video Hierosalem excedentem tanta paupertate humilem, quanto tanta vultu gloria sublimem illum ingreditur. O infortunata Hierosalem hinc plange egressum, cum hic tibi futurus sit in perditionem. Nunc ita nunc te potes lugere hanc & derelictam, Multoties rapinas ab hostibus sustulisti. Quando Ioachaz captus datus fuit in Aegyptum ut constat ex 4. l. Reg. Quando Ioachim occisus fuit, quando Iosior Iosiam cum matre sua captivus ductus est in Babyloniam; quando, Sedechias captus fuit, cuius illi oculis; Quando Nabuzardan destruxit templum evertit, Quando Godolias ab Imad filio Nathaniz casus occubuit. Veruntamen omnes illa devastationes quas ita percellit in omnibus illis gemens occidit, minor sunt merore dignae, eius inuitio, in qua nunc maledicta relinqueris. O quid hoc Saluatoris egressu declarat? Ipso descendente, bonum tibi omne deficiet, Quia que vrbem reddunt illustrem. Primum, si Rex sitentiam habeat, ut Madriti. Secundum, si caput sit Religionis ut Roma. Tertium, si ereda sit ibi preclara atque vniuersitas, ut Parisi, Salamanca, &c. Quartum, si negotia ibi vigeant Mercatura, ut Mediolanum, Quinimum si sit maritima, qualis est Neapolis. Haec omnia reddebant Hierosalem celeberrimam. Quia ab his egregia commenlabatur. Proxima etenim erat mari itinere scilicet bidiano quamuis positum non haberet mariam. Super illam igitur haec omnia insulsa conuertere, quod futura sit sine Rege, sine Religionis, sine literis, sine mercatura, & si possit fore sine Oceano. Unde haec omnia Quia egressus est Iesus: Quia deficiente illi Iesu, interit illi auctoritas fortitudo, abundantia, separata, & par. Excidit illi sanctitas, & omnis eius illustissima gloria, prius gloriosa dicta ciuitas Dei: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas tua. Nunc Deo destituta, & plena confusione prius praefata ciuitas, nunc exulat ab ea par: prius sapientia literisque nominatissima nunc autem ignorantiae tenebris inuoluta. Quare haec omnia? Egressus est Iesus. Significatur Dominus in hoc egressu, quod quando quidem illum ita inhumaniter mortem inferendo exciperent, quo conabantur illum perdere, Illos abiens desereret, & ad Gentes

transiret. Licet hic considerate Reginam Vasthi reiectam, & Esther ad solium regale exaltatam, Contemplare Esau fratrem primogenitum a patre suo reprobatum, & Jacob minoris benedictionibus & primogenitura camulatum. Ecce populum Iudaeorum ab antiquo suo defectum splendore, & Regia priuatum nobilitate: qui primogenitus fuit Dei filius: & ecce Gentium populum licet natum minoris & filium secundum in cognitione Dei sublimatum ad dignitatem primogeniturae Regni Christi, & benedictionibus gratiae suae super abundanter implem. Tertium reuoluamus: cur Dominus egressus de Hierosalem iter trans torrentem Cedron cepit quod Dauid praefatus cecinit: *Torrente in via bibet*: quia cum emorturus pro hominibus tenderet, sinem cursus vitae suae declarauit: Torrentis rapidum vitae nostrae cursum designat, quae sicut instat torrentis Cedron inter centum millia fara fatigationis & ariditatis, quibus ad mortis mare deducitur. Hunc Dominus erat transiurus: coque passus ingressus est, ut dicat: *Intrauerunt aquae vsque ad animam meam*. Et ea omnia compleuit, quae senserant & praesiderant operibus & verbis Prophetae. Et sicut in S. Scriptura per Cedron significantur Prophetae & Patriarchae, ut dicitur Luce suscitaueramus, quando Dominus iam ad mortem festinas, torrentem transiit Cedronum: quia motientis veras esse ostendit eorum omnium Prophetias. Multas alias continet hic torrentis Cedron quia torrentis est vbi magna caligo vmbraque est ex arborum caesata multitudine, quae ibidem exercebantur: vel nominandus Cedron, quod significet torrentem Cedronum, iam ante declarauimus, simul etiam quae sub hoc nomine signantur profunda mysteria. Quartum sit: quod secesserit: *In montem Oliuarum*. Hierosalem fundata est super montem, descendit Dominus ad torrentem, & ascendit montem Oliuarum, montem, ad quem Christus frequenter conueniebat, quod D. Lucas intimat: *Secundum consuetudinem*. Cum mons sit, opportunus est locus, sed nobis conuenientior cum mons sit oliuarum. Et quod tenderet melius Christus tempore Passionis suae, quam ad montem oliuarum? Origenes interpretatur oliuam in hac parte misericordiam: & Christus Dominus ad mysterium properat

Tertium

Ps. 67. 1.

Quartum

Luc. 21.

Tract. 11.

in Mat.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

22. talis misericordiae quae mundus non audiret
 infirmiorum. Egredietur Dominus de Hierusa-
 lem, sacrificium inchoaturus, in quo divina
 satisfieret perfecte iustitiae de peccatorum
 nostrorum iniuriis: ad hoc ergo montem af-
 cendit: *In monte Dominus videbit.* Illic videbit
 23. Dominus in monte illo quid hic rerum agatur;
 quod Isaac alligeretur, & agnus occidatur im-
 24. letur. Hic virgultum exarat Sabeoth, id est: Re-
 missionem quia ad locum pergit, in quo Pater
 omnem suam eronerabit iustitiam. Hoc pri-
 mam in monte misericordiae: quia ex illa
 profudit, quod ad illud egressus sit debitum,
 quod nobis erat proprium, & motus pietate
 ac misericordia sua, hoc sibi subens imposuit,
 ut eo modo ex integro divinae satisfieret
 iustitiae. Detineretur aliquis ex debito captivus,
 non habet unde soluat, & in carcere languet
 moriturus. Compateris si atque valem offers
 meram ductus misericordia, qui debitum pro
 illo solvas. Praecedit motus ille pietatis,
 & sequitur executio, ac iustitia super familiam
 tuam, quasque facultates. Domine non es huius
 debiti reus, Fateor, et ego me sponsorem sta-
 tui & debitorem ex misericordia, & ita solvo
 ex iustitia. Mons oliuarum, locus est miseri-
 cordiae: quia ex misericordia provenit quod
 Deus nostram assumpserit naturam, nosque
 sibi peccata impoluerit: *Tradidit semetipsum*
 pro nobis. Ex seipso, qui fons est misericordiae,
 prodit quod nostrorum debita suscepit
 solvenda flagitiorum. *Posuit Deus in eo ius-*
 25. *titatem omnium nostrorum.* Pro nobis fidei ius-
 esse voluit, & hoc mera per motus, miseri-
 cordia. Deus qui dives est in misericordia, propter
 26. *inimam charitatem suam, qua dilexit nos.* Et cum
 essentis mortis peccatis, vivificavit nos in Christo.
 Misericordiae adscribit Apostolus thesauros
 & divitias Dei, sortem suam primariam, atque
 ex ea restatur venisse quod a debito seclerum
 nostrorum per Christum finis absoluti.
 Inde vero transgreditur ad iustitiam: *Ad*
 27. *offensionem iustitiae suae,* quae in eo executioni
 mandabatur ut a nostro fidei iustore, patereque
 illius impletio: *In monte Dominus videbit*
 28. *erat perficiendum.* Quam ardens & anhelum
 fuisse huius desiderium, quo posset hoc videre
 29. *1/ai, 16.* mysterium: *Emittit agnovit Dominus, dominatorem*
 30. *terrae de petra deserti ad montem filiae Sion.* Nunc
 ecce completum: hic etenim ostenditur Agnus
 & Dominus, Deus & homo, dives & pauper,
 Rex & mansuetus Agnus & Dominus, tali
 nobis opus est, non seculo ut olim, qui acrius
 solo nos abigit in fugam, sed benignius
 pius & misericors: *Tunc dixit: Ecce veni ut*
faciam voluntatem tuam Deus. Adsum humilis
 & obediens, et agnus sacrificio consecratus,
 O Samuel divine: nam rogatus a senioribus
Pacificus est ingressus tuus: Respondit: *Pacificus*
 & huic illis securitatis titulum proposuit
Ad immolandum Domino vni: Ecce veni, ut
faciam Deus voluntatem tuam, Venit et Gebo-
 ut vincat non armorum, aut tormentorum
 viribus praepotens sed lagenas confringendo,
 lucemque demonstrando. An ergo Dominus,
 ut vinceret non erat in fortitudine venturus
Dominus in fortitudine venit. Virique post
 hac fortitudo, eius est mansuetudo: per hanc
 superat, subigitque aduersarios: hanc etiam
 lucem videt Centurio, & exclamat: *Verus filius*
Dei erat iste.
 Si igitur ad demonstrandam Christi pecca-
 tiam, ad satisfaciendum pro quibus manda-
 sceleribus, hominibus a terminis redimen-
 dos, venit ut moreretur, & vult, ut humanitati
 suae hydrae confringatur, ut hanc cum Gebo-
 ne obtineat victoriam, & tota haec fortitudo
 eius est mansuetudo, & misericordia, ut ad
 mortem teneret, an non a misericordia de-
 buisset incipere? Ad hoc exprimescendum pergit
 ad montem oliuarum: hic illum educens ad
 executionem divinae iustitiae: quia per miseri-
 cordiam exiit ad executionem de iustitia
 satisfactionem iustitiae, quae manifestata est ele-
 vatione in eius morte crucisque Passione.
 Deinde docet: nos vult Christus doctrinam
 valde admirabilem De monte ad montem
 proficitur, de monte Sion ad montem Oli-
 varum, ut intelligamus oportere et nos
 intellectus semper proficitur: *Transgredietur*
 colles montes semper sursum ascendat, ut
 deorsum descendat nec moretur in rebos terrenis
 dantis & abiectionibus. Ita notat Origenes
 inharens illi quod Christus non balens in
 torrente, sed quod statim montem ascendit
 ne nos haeremus in huius mundi transi-
 tibus sed intellectu & voluntate semper ad caele-
 stia sursum erigamur.
 Quantum profertur, quod fecerit: *In*
villam qua dicitur Gethsemani. Quanto pergit
 vltimus tanto fustius explicat Evangelia lo-
 cutus est

cum trinitis quod Christus perficit: de monte
 inquit, transit ad villam seu prœdium Gethse-
 mani situm in eodem monte Oliuarum: de
 villa inquit, perrexit ad hortum ut impleatur
 illud quod dixit Apostolus, quod in aduen-
 tu suo in mundum semper seipsum euacuauerit.
 Etiam inuenitur quod de monte caelorum
 descendit in prœdium seu hortum huius
 mundi, & exiit ad hortum vrbis Hierusalem.
 Et mysterio congruenter venit Dominus ad
 villam hanc: etenim de illa dixit Deus Hie-
 ronymus quod Gethsemani villa erat seu
 vallis ex qua deducebantur victimæ pro sacri-
 ficiis & quod significat: Vallis pinguis. Nec
 poterat ex aptiori loco suam ordiri pasto-
 rem, quam ex villa pingui sacrificiorum, ut
 pinguis ostenderet Dei charitatem in ea
 constantem: *Propriet nimiam charitatem suam,*
 & quod sacrificium fuit adeo pingue, ut
 delicta seculorum omnium totius mundi æqui-
 ualere poterit: *Agnus Dei qui tollis peccata*
mundi.
 Scrum meditemur quod introierit in
 hortum: *Hierat hortus.* O hortum fecundum,
 & quos producis flores mysteriorum Dei pul-
 cherrimos. Non eo secessit Dominus fugam
 meditans, nec querens latibula, sed quia:
tristat Indu-lacum. Poterat Christus sibi sug-
 gerere. Id noluit: verum tali se loco statuit
 quem iustas qui cum erat traditurus, optime
 callebat, etque minori suo incommodo eum
 reperit, nec delusus irideatur, querens eum
 ubi non inueniretur, idcirco ad hortum se
 recepit. Deinde eo pergit ad manus bonum
 & vilitatem Iudæ: quia cum non inueniret
 illum in domo ubi cenam sumperat, dum
 paruo hoc spatio obambulare, tanto plus illi
 temporis superesset ad penitendum. In hortu
 se collegit, ut ibidem caperetur. In Genesi
 legitur quod creauerit Deus hominem, atque
 ad maiorem nouæ suæ creaturæ securitatem,
 hortum creauerit, in quem illum misit, & hor-
 tum dicitur Gan ex verbo Hebraico *Gana*, quod
 Latine dicitur: *Protegeri, abscondere, circumue-*
niere. Ex in hac significatione reperitur in S.
 Pagina. l. 4. Reg. Ex Dei mandato dixit Hatax
 Regi Ezech: *Protegam orbem hanc.* & Zacha-
 rias eodem verbo vitat Ganinai, ut diceret,
 quod Deus protegeret & defenderet eos:
Domino exercituum proteget eos, & Septuaginta
manuuntur verbum Magen, clypeus, scutum,

Videatur noster Pagni, in thesauro suo, & ibi
 hæc translatio reperitur: Hinc inferitur cui
 protectores dicantur Magnates ex verbo
 Hebraico *Magenim, Dilexerunt asserre ignomi-*
niam protectores eius, ait vates Olfas. & in He-
 braico hinc verbo Protectores respondet ver-
 bum: *Magenim.* Ex iterum Psal. 46. idem verbu
 legitur loco illius: *Rex omnis terre Deus,*
psallite: quod significat defensorem & pro-
 tectorem.
 Itaque eo animo primum hominem in
 orto seu paradiso collocavit, ut ibi protege-
 retur & defenderetur, & ablatis omnibus
 offendiculis atque adris iniuriis & intempe-
 rie, qui eo loco purior erat, cum minori peri-
 culo illum offendendi illic quiete viveret.
 Nihilominus cum ibi diabolus inuenit, la-
 queum illi tetendit, & irretiuit. Eo tendit hic
 Dominus, & ibi se transfiguravit, & humanæ
 naturæ patefacit infirmitatem, & timore con-
 cussus: quatenus diabolus adueniens eum
 capereus suorum manu ministrorum, ipse deti-
 deatur, homo verò protegatur. In orto for-
 midat Christus, in illo affligitur, quid hoc
 Domine, hoc ne animo eo perrexit? Clari-
 ficiamini meminisse debuit Adami quando in
 hortum secessit, quem creauit atque in illo
 statuit, ut ibi defenderetur, arbores illi præbe-
 rent vmbra, flores eum lætificarent sua grati
 formositate, & odore recrearent salustifero,
 fructus arborum eum mirifice suauiterque
 delinirent. Atque in isto loco tantæ securitatis
 & protectionis petiit: ad hunc eundem sellonat
 locum Dominus ut maneat fidelissimor. Ali-
 quorum sententia est quod ad hortum secessit,
 ut sine vlla turbatione vacaret orationi.
 Theophylactus sentit ut eum sine tumultu
 caperent & commotione populi D. Athanas. ut
 Discipulis suis ostenderet quatenus se parum
 per a persecutione subducerent. Porro venia-
 mus ad mysterium.
 O Domine quam tibi congruus est hortus
 ad animi tui propositum? Nascendo hortum
 intrasti: nam operâ conceptus fuisti Spiritus
 S. in purissimis virginis Mariæ visceribus: quæ
 hortus dicitur conclusus: *Hortus conclusus.* Ergo
 moriendo hinc sumendum erat Passionis tue
 principium: quinimo ad finem Passionis tibi
 etiam hortus paratur, cum in illo fueris sepul-
 tus: & in orto redimus apparuisti. O Do-
 mine tot horci quo fine? Quia creatio huminis
 fuit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In 7^o al.
36. hom.
1. l. 5. s. 1^o.

fuit in horto, in eo similiter eius debebat inci-
pere recreatio. Hortus Domini Ecclesia, sic
bene D. Ambros. Hortus Domini est anima
nostra, sic Tertullian, hortus est Sacra Scrip-
tura, teste Origen. Hortus est totus hic mundus
approbante D. Clemente Alexandrino. Tu
Domine mi, passione tua Ecclesiam illumina-
visti, animam redemisti, S. litteras aperuisti,
mundumque reparasti: *Plu erat hortus*: Valde
consonum est rationi ut in horto passurus
incipiat. Nostra perditionis initium fuit in
horto: & in horto nostrae sit redemptionis
initium. In illo vetus homo, in hoc novus: in
illo Adam, in hoc Christus: in illo vicit tenta-
tio, hic vita prosteritur: in illo malignus
apparet spiritus, hic bonus Angelus: in illo
praecipit diabolus, in hoc solatur Deus: in
illo vacatur deliciis, in hoc toleratur agonia:
sed de illis deliciis nostrae nascuntur agoniae,
& de his agonis nostrae gaudemus bona pro-
venisse. Seminauit Adam in horto voluptates
ex quibus omnes mellesem colligimus crucia-
tum: hic cruciatus Christus seminat, ex qui-
bus presentis oritur, orientisque bonorum
gratiae & salutis abundantissimas.

§. 9. Ad impletionem oraculi Zachariae
permisit Deus Apostolorum scandalum,
circa Passionem mortemque Christi: &
ille hortum ascendens, illud ipsis proponit
quo promoveat illos, & Resurrectionis
suae promissione confirmet.

¶ 14

Circa horam noctis octavam, duabus horis
opoll vesperam transiit Christus torren-
tem Cedron, & hortum introiit, discipulos
suos intruens comites suos metu confler-
natos, cordeque pauidos, de his quae passurus
erat & morte sibi proxima, ait illis: *Omnes vos*
scandalum patiemini in me in ista nocte: Scriptum
est enim: *Percutiam Pastorem, & dispergentur*
ovnes gregis. Commune habet Proverbum:
Amica conversatio levis est in via equus: dum
enim sermo fit, de rebus gratis & auditu iu-
cundis, licet iter nolelum sit, non tamen sen-
titur. Fortasse Christus in hoc alperio timere,
quod appeteris in nocte adeo molesta, cum
discipulis tuis grata tractas & iucunda? Ne-
quaquam, sed de gravioribus peccatis quibus
praeter omnem modum absistitur, uno & ipse

discipuli percellantur, quibuscumque tenentur:
Omnes vos scandalum patiemini etc. n. 14.
O amici, o fratres, o filii mei, amici vestri,
frater vester, magister vester iam mortuus
est, & diligentiam non adhibebitis ut illum
defendatis, sed nec ut eum sequamini: ad
primum ventum vos patiemini etiam casti, ut
plantas quae radices non egerunt protra-
diores: ad primum terae motum, ut ma-
fundata aedificia corruerint, ad primum habu-
impetum ut meticulosi lepores fogam capelo-
tis: tanto frigore constringemini, ut congelati
videamini. *Omnes vos*. Et tu Petre, cui alio
praeclearas iuravi praerogativas omnium apo-
stolorum mihi terga vertes infidelis. Tu Ananiam
quem de nave vocavi, & a rebus & apparant
piscatorum, meumque creavi Apostolum,
me ma ipasionis obrutum solum ex redite-
rus.

Porro ratio postulat, ut notemus circa haec
verba, primo ex parte Dei, quare lapsum hunc
& errorem Deus in Apostolis suis permittit.
Secundo: ex parte Apostolorum, pat est
videamus quae fecerint hoc motu occidit
Tertio: ex parte Christi: cur hoc illis pro-
dixerit, & quare verbo suo veterem adun-
tit prophetiam. Et quarto: quomodo ea
demulceat, Circa primum. Quae ratio, quod
Deus permittat omnes Apostolos in morte
Christi errore cadere scandali. Plures et Doctores
rationes adferuntur. Prima: ut oraculum
impleatur Zachariae a Christo productum
Percutiam Pastorem, & dispergentur ovnes gregis.
Et est hoc valde familiare Evangelium, quod
rationem eius quod Christus agit, addere. *Ita*
adimpletur quod dictum est per Prophetam. In-
& ipse Christus hoc in rationem ad hunc modum
quod dicebat & faciebat: *Quando tempus*
plebuntur Scripturae? Verum quis nesciat, quod
prophetia nullam illi imponat necessitatem
quod praedicetur, sed tantum dicat quod sit
futurum? Prophetia dicit, quod tenet, sed non
hoc: facit ut veniat: quia aliquid futurum
praedicatur, & non quia praedicatur, recurre.
Dicit Astrologus, cras pluet: hoc enim loci
Astrologiae cognovit: non ideo pluit, quod
ipse dixit, imo potius ideo dixit, quia sic praedi-
cum erat, Theophilact, D. Cyril. & D. Iohannes
Damasceus dicunt hanc particulam *Ita*, non
semper notare causam, sed etiam causam &
eventum: *Tibi soli peccavi & in conspectu*